

est permutabilis, et ea que homo libentissime ad memoriam reducere vellet sepius dantur obliuioni, sed ego in quantum sufficio volo precauere primo in ista quod illud quod prius deficiebat in litteris meis per condictum seu ordinatum dictum stadhga, inter generum meum dilectum dominum arnwidum gøzstafson, et vxorem suam, dominam Rangburghim neptem meam dilectam, de bonis meis, quem feci, que et quanta post me debent habere et hereditare, hoc volo jam complere et dicere, videlicet primo larsta cum omnibus suis pertinenciis mobilibus et immobilibus. in vikursætrum .XIII. oras terre cum mobilibus et immobilibus. In skædhwi. duos solidos. In aski et in alia villa ibi prope vnum solidum. In hierby. X. oras cum dimidia. In bærestum .XIX. solidos. In hustukum .II. oras. In kielste duas oras. In thielungi .X. solidos. In thaxnes vnum solidum. et in salkandæke .IIII. solidos cum dimidio. Jtem ego Andreas ad manus in presenti committo, et ad manus prius commisi .XVI. solidos terre in høgby in parochia aker. vnum molendinum in abygiæby. in ørasundi .VII. solidos cum molendino ibidem, et cum hoc. VII oras terre in torrente ibidem. Jtem in sætrum in parochia næs .VI. oras terre. Jtem obligo me ad inquirendum eis in vna villa et in vno loco. vnam marcham terre, vbi solidus soluit denarios et annonam. vel eciam XII. oras terre in vna villa et in vno loco. vbi soli denarii soluuntur, sicut predicti dominus Arnwidus et vxor sua neptis mea reddunt se contentos. sublata mihi omni facultate predicta predia, vel ipsorum aliquod quouis modo alienandi. seu eciam commutandj in vita mea vel in morte. absque eorum voluntate requisita pariter et optenta. et si in predictis omnibus quidquam aliquo modo defecerit, jta quod ista non tenentur et complentur in vita mea, tunc predicta ordinacio dicte stadgi cassa sit atque vana quasi numquam esset facta et omnino Reuocata. In Cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet borta.

2012.

1315 d. 16 April.

Wik.

ARNVID GUSTAFSSON och dess fru, RANGBORG, medgifva Domprosten Andreas i Upsala full rättighet, att efter behag disponera all sin egendom, med undantag af hvad han i nästföregående bref förbundit sig att efter sin död lemna dem.

Orig på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, ARNWIDUS GØZSTAFSON, et RANGBORGHIS olim ISRAHELIS FILIA WXOR eius Salutem in domino, Cum reuèrendus

wir Et discretus, Dominus Andreas wpsalensis prepositus Nobis et nostris heredibus predia quedam post dies suos relinquere promiserit pleno jure possidenda. sicut in ipsius litteris super hoc datis et confectis plenius continetur, uidelicet. larsta. cum omnibus suis pertinenciis mobilibus et immobilibus, jn wycursætrum. XIII oras terre cum omnibus suis pertinencijs mobilibus et in mobilibus, jn skædhwý duos solidos. jn aske et in alia willa ibi prope wnum solidum, jn berpý[æ:berbý] X oras cum dimidia, jn bærastum decem et nouem solidos, jn huzstukkum duas oras. jn Tyælsta duas oras, jn thyælungi decem solidos, jn taxnes. vnum solidum, et jn salkandaeki quatuor solidos cum dimidio, jtem in presenti ad manus nobis commisit. XVI solidos terre in høgghbý in parochia aker, wnum molendinum jn abyggiabý. jn øra-sundi VII solidos cum molendino ybidem, et cum hoc septem oras terre in torrente ybidem, jtem sex oras in satrum jn parochia næs, jtem obligauit se ad acquirendum nobis vnam marcham terre vbi solidus soluit denarios et anonam, uel eciam XII oras vbi soli denarij soluuntur, et si in predictis predijs quicquam aliquo modo defecerit, hoc supplere promisit requisitus, sublata ej omnj facultate, predicta predia uel ipsorum aliquod quoquo modo. alienandi. seu eciam commutandi. in vita sua uel in morte absque nostra uoluntate requisita pariter et obtenta, Nos sue uoluntati grato affectu respondere uolentes consensum nostrum et uoluntatem adhibemus et ratum habere uolumus inperpetuum, wt ipse dominus Andreas de alijs suis mobilibus. et immobilibus, jure hereditario siue quouis alio modo ad ipsum spectantibus, que in predictis suis litteris expressa et nominata non sunt, donando. uendendo. legando. seu quolibet alio modo alienando. suam per omnia faciat uoluntatem Si ipse nobis facere et tenere uoluerit omnia que in supradictis ipsius litteris continentur, cum requisitus fuerit sicut eciam superius est expressum, Jn cuius nostre uoluntatis et consensus prestitj, euidenciam, siggilla nostra, et siggilla Nobilium dominorum Ericj thorisson, et stephanj Rørikson. et aliorum discretorum. uidelicet sighmundj kieldorfson, et gislonis ælinason, presentibus sunt appensa, Datum vik Anno dominj M° C° C° C° quintodecimo, quarta feria proxima post tyburcij, et walerianj. Ego iohannes ingimærson qui huic facto interfui siggillum meum presentibus appono.

*På frånsidan:* Consensus et ratificatio domini arnwidi gøstafson de ordinatione prepositi andree.

Siggillen N. 1, 2, 4—7 bortfallna; silketrådarne till N. 1 och pergamentsremsorna till de öfriga finnas i behåll; N. 3. (Erik Thorssons, adligt) något skadadt.